

facto ponitur, proposuerat eam facere publicari, & recitari coram notario, & testibus, qui eam scripserat, & non dum eam publicaverat: igitur est totaliter invalida. Menochius ubi supra præsumpt. 5. num. 7. & conf. 224. num. 35. & 44. lib. 3. Cephalus conf. 99. num. 10. lib. 1. vbi tradit Castrensem, Corneum, & alios, & conf. 409. num. 11. lib. 3. qui latè dixerit Ruinus conf. 1. num. 11. & 12. lib. 3. Soënius Iunior conf. 24. num. 2. lib. 3. Natta in Authent. quod sine num. 1. C. de testament. Covar. 17 in cap. relatum num. 12. de testament. Thesaurus quest. forens. lib. 4. quest. 28 num. 6. quidquid minus rectè dissentiat. Franciscus Hotomanus conf. 55. num. 12. & 13.

15 Cui limitationi facit quod ex Decio conf. 159. tradit Surdus decis. 292. num. 13. scilicet, quod publicatio testamenti licet non sit necessaria, vt in testamēto ad pias causas, & inter liberos, tamē quando testator voluit illam adhiberi, actus aliter nō valebit. Stephan. Gratian. c. 550. num. 5. & 6. Marta de success. legal. tom. 2. part. 4. quest. 7. art. 1. num. 12. & voto 8. num. 22. Et solemnitates, quæ non sunt necessariæ, si testator eas

apponendas duxit, aut apposititas postea sustulit, imperfectum reddunt testamentum ratione voluntatis. Castillo decis. 59. num. 46. & 54. Mastrillo decis. 132. num. 48. Gamma decis. 221. num. 2. Fontanella decis. 50. num. 22. Bimius conf. 151. num. 9. lib. 2. Morotius conf. 6. num. 7. in fine, & nu. 8. Gutierrez practicar. lib. 3. quest. 47. Azevedus in l. 2. tit. 4. num. 18. lib. 5. Recop. Scipion Rendine Promptuarij. recept. sent. tom. 1. tit. de testam. num. 17.

17 Tertiò limitatur quando post scriptam à notario dispositionem, testator publicationem distulit in aliud tempus: tunc ergo publicatio est de substantia testamēti, & sine illa voluntas dicitur imperfecta; quia voluntas hominis est vsq; ad mortem ambulatoria, l. 4. ff. de adimend. legat. l. 1. C. de Sacros. Eccles. Et ideò cum distulerit in aliud tempus id facere, quòd tunc potuisset facere, videtur non habuisse illam voluntatem pro perfecta: ad quid enim procrastinaret negotium iam deliberatum. Sic Surd. d. decis. 292. num. 11. & 12. ibi: In presenti facto res est clara quod ea mulier non habuit testamentum pro perfecto, quia post

postquam tota sua voluntas fuit scripta, dixit, se velle prius ius proficisci, & cum rediisset, curasset notarium, & testes accerciri pro publicatione testamēti. Paulus Castrensis conf. 365. visa 18 facti narratione, vbi vult, quod et si post declaratam voluntatē dixerit testator eam sibi placere, & sic velle, quia tamen distulit publicationem ad horam vesperorum, videtur ex hoc dignosci, quod primam dispositionem non habuit pro perfecta, & cōf. 75. col. 2. lib. 1. & conf. 451. vol. 2. Decius conf. 158. num. 4. & n. 8. vers. Secundo respōdetur, vbi loquitur in testatore, qui post scripturā factam dixit, quòd die sequenti volebat instrumentum rogare, & illo die adveniente distulit hoc facere, & tamen alio non facto mortuus est. Corn. cōf. 118. co. 3. vol. 3. & melius cōf. 307. n. 5. eod. vol. Cephalus conf. 99. n. 8. lib. 11. Menoch. d. præsumpt. 5. n. 7. verum Castil. d. c. 21. n. 54. Philipp. Paschal. de viribus patriæ potest. p. 2. cap. 8. n. 66. Genua de scriptura privata lib. 6. cap. 1. n. 168. vsq; ad 172. Marta voto 8. Scip. Rovit. conf. 41. lib. 2. n. 9. Capic. Latro decis. 140. n. 21. lib. 2. Et facit resolutio Ludovic. Iunti in responsō pro uxore

nu. 290. vbi dicit, quòd si ex verbis testatoris constat ipsum voluisse differre dispositionē suam in aliud tēpus, isto casu licet explanasset eam coram testibus, videtur potius ea testamenti præparatio, quàm testamentum. Optimè Francisc. Purpuratus conf. 15. n. 3. vbi latè explicat differentiam, quæ versatur inter eum, qui spatium habuit publicandi, & inter eum, qui tali spatio caruit, & per casum mortis fuit impeditus à perfectione publicationis: nam in hoc secūdo, cū nihil possit imputari testatori, defectus publicationis, & lectionis suppletur, & sustinetur testamētum; in primo tamen minimè, quia videtur non habuisse dispositionem pro perfecta. Ex quibus reijciendus est Capic. Galeot. vir alioquin doctus, qui lib. 1. cōt. 34. n. 18. 19. & 20. recognoscit imperfectū esse non ratione voluntatis, sed ratione solēnitatis testamētū nō lectum, nec publicatū ex impedimēto casualiter dato à certo duce, qui accercitus fuit, vt testatorem visitaret: ex quo testator iussit notario vt rediret sequenti die demanē, & interim ea nocte, cum esset

sanus ob corporis crafetudinem repentina morte praeventus, mortuus fuit: & testamentum non fuit publicatum coram testibus. Dicit enim praedictus Author, quod licet praedictum testamentum non sit imperfectum ratione voluntatis, sed solemnitatis, non debet valere ex Oldeado ad id relato: in quo certe decipitur, nam concessio publicationis defectum esse solemnitatis defectum dicto in casu, & non voluntatis, ut in veritate est, testamentum illud merò iure debuit sustineri: cum solemnitatis defectus ex impedimento casuali supleatur secundum dispositionem nostrae legis *si quis cum testament. 25 ff. de testament. 25 ff. de testam.* & doctrinam supra relatam. Maxime quia ut ipse Capicius dicebat, plures testes omni exceptione maiores cum notario deponebant, plures declarasse testatorem in illo ultimo testamento non publicato ob impedimentum fecisse heredem Hectorem, & quod haec erat sua ultima, & enixa voluntas ut is esset sibi haerens: ex quo certum erat quod tale testamentum debuisset sustineri, etiam si le-

ctum, & publicatum non fuisset, ex hoc capite, quod lectionis defectus solemnitatis est non voluntatis, & suppletur in casu impedimenti. Nec erat necessarium recurrere ad alia adminicula, & probationes, ut fecit *ex num. 22.* intendens, quod ex praedicto testamento quarto in ordine, & voluntate imperfecta adminiculata diversis probationibus disposita in codicillis tertio loco factis tollatur, ex traditis per Decium *conf. 632.* & Gammam *decif. 221.* nam si praedictum testamentum quamvis imperfectum ratione solemnitatis potuit, & debuit sustineri, cum voluntatis ratione fuisset perfectum, revocati fuerunt anteriores codicilli, ut revocatur primum testamentum, ut supra *cap. 5.* probatum est. Nec Oldradus *conf. 119.* in validum esse tenet testamentum in suo casu ob defectum solemnitatis, sed voluntatis, consultus enim fuit in casu quo testator vocavit notarium sed nunquam venit, non in casu quo notarius scriperat testamentum, quod ob impedimentum non legaretur; & Oldradus etiam communiter reprobatum est, nam de-

fe-

fectum notarij in casu dubio solemnitatis, & non voluntatis esse, probatum est capite antecedenti. Unde resolvitur in casu quem refert Galeota testamentum illud perfectum fuisse ratione voluntatis, & debuisse sustineri, quia ob impedimentum suppletur solemnitatis defectus, qui in hoc casu non reddit invalidum testamentum, ut tandem ipse Capicius ibidem tenet, sed non ex decisione legis *si quis cum testamentum,* & ex principali huius materiae resolutione, & Authoribus supra relatis, dicit enim testamentum illud invalidum esse propter defectum solemnitatis, in quo decipitur, nam validum est ratione voluntatis perfectae, & tota difficultas in hoc casu, & similibus consistit tantum in eo quod defectus sit voluntatis, vel solemnitatis, nam si voluntatis est, non suppletur, nec leges in eo dispensant, at si imperfectio sit solemnitatis in casu impedimenti suppletur, & dispositio merito iure ex Iavoleni responso *in d. l. si quis cum testamentum* sustinetur.

20 Neque obstant argumenta tradita pro contraria opi-

nione: non primum, nam ad textum *in l. fideicommissa, §. quoties de legat. 3.* Respondetur, verum esse iure communi testamentum nuncupativum de quo per notarium facta fuit scriptura legendum esse, sive publicandum coram testibus, & testatore, & etiam de iure Regio *ex d. l. 103. tit. 18. par. 3. l. 1. §. 2. tit. 4. lib. 5. Recop.* Verum si non legatur imperfectum erit non ob defectum voluntatis sed solemnitatis, verè namque dici nullo pacto potest, quod ante testamenti lectionem adus sit imperfectus siquidem, & absolutus est, cum testator absolute perfecit, atque ex parte sua quidquid voluit compleverit, ut dicebam supra pro ratione huius opinionis: sed ipsa scriptura erit imperfecta propter defectum huius solemnitatis. Lectio etenim est de substantia ipsius scripturae, ad hoc ut si publicum instrumentum *ex d. l. 13. tit. 25. lib. 4. Recop.* unde si deficiat, deficit scriptura, sed non vitatur testamentum ipsum, quod remanet perfectum quo ad voluntatem, & testibus probari rectè poterit. Parladorus *lib. 2. rer. quod. tit. cap. 20. numer. 14. in fine.*

P Co-

Covarrubias in cap. relatum
 el. de testamentis num. 11. Ma-
 tiézus in l. 1. tit. 4. lib. 5. Recop.
 glos. 4. num. 4. & 5. Thomas
 Sanchez conf. moral. lib. 4. cap.
 1. dub. 2. num. 4. Burgos de Paz
 in l. 3. Tauri num. 215. Sicut
 omisio diei, quæ vitiat in-
 strumentum l. 1. C. de Apochis
 publicis lib. 10. l. optimam, C. de
 contrahend. & commitend. stipu-
 21 lat. Testamentum tamé nuncu-
 pativum non vitiat, & va-
 lidum est etiam si diem, & mē-
 sem non contineat. Beronius
 quest. 36. per totam. Alciatus
 conf. 115. lib. 9. Fusarius cōf. 41.
 num. 42. Barbat. conf. 58. num.
 33. & 34. lib. 4. Caball. conf.
 106. num. 23. cum Gomecio,
 & alijs Matienzus in l. 2. tit.
 4. lib. 5. Recop. glos. 7. n. 8. Tho-
 mas Sanchez d. cap. 1. dub. 3. n.
 8. Fontanella de pactis nuptia-
 libus clausula 1. num. 3. Cuius
 ratio est, quia testamentum
 nuncupativum non requirit
 scripturam, vnde si de illo
 fiat, dies tamen vel mensis
 omittatur, testamentum non
 vitiatur, sed ipsum instru-
 22 mentum. Vnde testibus pro-
 banda erit hoc in casu testa-
 toris dispositio: nam testa-
 mentum nuncupativum de
 quo confecta est scriptura, vt
 in vim scripturæ valeat, diē,

& locum continere debet, l.
 hac consultissima. C. de testamēt.
 §. 1. in Authent. de testam. imperf.
 Marta de success. legal. 2. tom.
 part. 4. quest. 2. art. 3. num. 11.
 vbi plures refert Cancerius
 lib. 1. var. cap. 4. num. 100.

23 Non obstat secundum,
 quod nondum lecto testa-
 mento potest testator addere
 vel mutare, quia hoc non in-
 ducit imperfectionem volū-
 tatis, aliud etenim est, posse
 mutare, aliud velle; & factō
 testamento lecto, & publica-
 to, potest testator addere, &
 mutare, & aliud de novo cō-
 dere, cum volūtas deambu-
 latoria sit vsque ad mortem,
 & non ex eo sequitur imper-
 fectio primi testamenti con-
 diti. Sic etiam vt in casu no-
 stræ legis si quis cum testamen-
 tum, dicatur testamentum
 imperfectum voluntatis ra-
 tione, ponitur cōstare debe-
 re alios hæredes testatorem
 nominare voluisse, & dum
 non constiterit perfecta præ-
 sumitur dispositio.

24 Minus obstat tertium
 siue ratio illa, quod si scrip-
 tura testamenti non legatur
 potest aliud cōtinere, quam
 testator dixit; quæ est po-
 tissima, & qua motus con-
 trariam opinionem tenuit.

Go-

Gom. in d. l. 3. n. 107. quia res-
 pondetur nihil valere prædi-
 ctam scripturam testamenti,
 sed voluntatem testatoris te-
 stibus comprobata susti-
 neri, quia quantum ad vo-
 luntatem in simili disposi-
 tione perfectio fuit. Sic Ca-
 stillo, d. cap. 21. num. 108. Et ip-
 se Gomez in d. l. 3. num. 108.
 vbi inquit, quod si testes ve-
 niunt, & deponunt de volun-
 tate, & tenore testamenti,
 tunc valet, & tenet, & nō de-
 ficit testamentum.

25 Sed vt hæc plenius perci- 27
 piantur, animadvertendum
 est, testamentum nuncupa-
 tivum posse fieri coram no-
 tario, & testibus in scriptu-
 ra, & etiam sine illo, & sine
 scriptura, vt in l. 1. tit. 1. p. 6. l.
 1. tit. 4. lib. 5. Rec. si fiat sine no-
 tario, & per nuncupationē te-
 statoris sine scriptura cōsen-
 sus (hoc est el otorgamiéto)
 & publicatio est nuncupatio
 testatoris: vnde in his termi-
 26 nis non procedit quæstio. Si
 testamentum nuncupativū
 reducatur ad scripturā prop-
 ter faciliorem probationem,
 si non fuerit lectum nec pu-
 blicatum non vtique vale-
 bit: quia iure communi, &
 regio lectio illius requiritur,
 vt fraudes tabelionum evi-

tentur, & certior sit publica
 fides. Sed si ob impedimen-
 tum superveniens testatori
 testamenti scriptura nō fue-
 rit lecta, valebit vtique testa-
 mentum, si testantis perfecta
 fuit voluntas; quod ex clau-
 8 s
 fulis, & ipsa scriptura testa-
 menti demonstrabitur, & ta-
 lis voluntas ex testibus pro-
 bari poterit; testes etenim
 qui à principio vsque ad finē
 fuerunt presentes, & totam
 volūtam testatoris audie-
 runt, dicere debent, an testa-
 tor habuerit vel non disposi-
 tionem suam perfectam, &
 an quæ scriptura continetur
 ex mente, & voluntate testa-
 toris fuerunt, & sic testibus
 probata voluntas vt testa-
 mentum nuncupativum su-
 stinebitur. Marta de success. le-
 gal. part. 4. quest. 1. art. 7. num.
 48. & ex lege 1. tit. 25. lib. 4. Re-
 cop. probat Guzman verit. iur.
 15. num. 16. ibi: Lectio enim,
 vbi testamentum est confe-
 ctum coram testibus, & no-
 tario, videntibus testatorem
 dictantem, & notarium scri-
 bentem, necessaria non est.
 Spino de testam. glos. 31. nu. 21.
 & 22. Vrill. decis. 166. n. 3. &
 4. Alexad. cōf. 33. n. 4. & 9. lib.
 3. Simon de Prætis, lib. 2. so-
 lut. 2. num. 25. & 26. Mascardi